Universitätsbibliothek Paderborn

Apollinis Judicium politicum in Monteparnasso Contra Monarchiae sectatores

Boccalini, Traiano

Messinae, 1671

Planum facit, ministros Hispanicos esse lucri avidos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13233

Visual Library

principum, qui privati integritate manuum ſuarum (quam Deus vobis conſervet) exemplum capite, & diſcite, quanti ſit periculi futurum, ſi patiamini eo vos adduci credulitatis, ut è latebris ſuis cancros propriis effodiatis manibus alienum ob commodum.

Planum facit, miniſtros Hiſpanicos eſſe lucri avidos.

ANte triduum, hora octava nocturna, videre erat, in regiam Hiſpanicæ monarchiæ, quadraginta invehi plauſtra fœni. Quoniam id tempus non mediocrem continuo injecerat ſuſpicionem Gallis, Venetis, reliquiſque principibus, qui in perpetua agunt ſollicitudine & ſuſpicione, ob magnitudinem tam formidabilis principis; exacta diligentiâ inquirebatur, quo certiores fierent, num ſub fœno vehiculis iſtis apportato damnoſas occultaſſent merces. Referebant exploratores, ſub fœno abſcon-

ſconditas eſſe arcas ligonibus, batill
& bipaliis plenas. Quoniam hæc era
inſtrumenta depopulantium, Galli con
ſilium ſe armandi inierunt. Veni
volebant productas ex arſenali trir
mes æquori committere. Sed decre
tum eſt, priusquam tentarent quidpiam
utile eſſe explorare, num Hiſpani plur
intulerint in ædes id genus inſtrume
ta, vel num alia aliunde expectaren
Certioresque facti ſunt, ad hunc die
non ultra accepiſſe, neque impoſteru
expectari. Imo verò ſubjungebant ex
ploratores, non ſimulac exoneraſſe
has capſas, illas in regium detuliſſe a
marium; ſed omnes Hiſpaniæ magna
tes, præcipuosque tanti regni miniſtro
ligones illos, batillos, bipaliaque, ſubit
inter ſe diviſiſſe, illisque inſtructos po
ſtero mane agreſſos eſſe terram fode
re, aquæductus derivare, & aquaru
agmina mille quaquaverſum ducere
idque tanta cum diligentia & labore
ut quisque trahendo aquam verſus mo
la

lam ſuam, reſpublicas ad tantam deduxerit calamitatem, ut molæ aquarum defectu non ultra molerent.

Maximiliano Imperatori indicatur orta inter filios diſcordia.

TRes præterita nocte nuncii ad majeſtatem Imperatoris Maximiliani II. venerunt. Illico novus ille nuncius diffuſus, archiducem Matthiam arma cepiſſe contra ſuum fratrem Imperatorem Rudolphum, quibus ſeditioſe poſtularet Ungariæ, Bohemiæ Auſtriæque regna & abſolutum dominium reliquarum provinciarum. Peſſimi hi rumores magnopere adflixere animum imperatoris, quoniam probè cognorat, diſcordias inter ſuos filios natas inimicis domus Auſtriacæ illas attuliſſe voluptates, quas tantopere hactenus expectaſſent. Quamobrē hic princeps, heſterno mane diutius conſiſtens corā Apolline, tandem multis cum lachrymis quæſivit: Quando tandem mala Auſtriacæ domus, jam multos ante annos exitio-

ſis